

7. *Markgraf Dietrich (der Bedrängte) von Meißen verlegt zusammen mit seiner Gemahlin Jutta das Zwickauer Nonnenkloster nach Eisenberg. Dort hatten beide zunächst ein reguliertes Chorherrenstift gegründet, das aber keine erfolgreiche Entwicklung genommen hatte und daher in ein Nonnenkloster umgewandelt wird.*

1219 [vor September 24]

*Original nicht zu ermitteln. — Abschrift: Die Urkunde ist inseriert in die abschriftlich überlieferte Bestätigungsurkunde Bischof Dietrichs von Naumburg und Markgraf Heinrichs von Meißen von 1270 Oktober 29 (vgl. Nr. 17), ThStA Altenburg, Schönbergsche Sammlung, Nr. 94, fol. 196v–198r (17. Jh.) (B). — Edition: Rudolphi/Gleichenstein, Gotha Diplomatica V, S. 192–194; Gschwend, Eisenbergische Chronik, S. 652–654; Back, Chronik II, S. 379 f., Nr. 8; Ludewig/Gschwend, Memorabilia Eisenbergensia I, S. 38–41; CDS I/A, Bd. 3, S. 194–197, Nr. 266. — Übersetzung: ThHStA Weimar, EGA, Kopialbuch F 65, fol. 85r–87r (16. Jh.); Gotter, Nachricht von dem Eisenberger Nonnenkloster, S. 20 f., 42–45, Nr. 2; Gschwend, Eisenbergische Chronik, S. 655–659; Back, Chronik II, S. 380–382; Ludewig/Gschwend, Memorabilia Eisenbergensia I, S. 41–43. — Regest: Schultes, Dir. Diplom. II, S. 536–539; Regesten Eisenberg, S. 332, Nr. 7; Dobenecker, II, S. 335–337, Nr. 1849. — Zur Sache: Kobuch, Frühgeschichte Zwickaus, S. 50–56; Oelsner/Stoye/Walther, Marienkirche und Nikolaikirche; Oelsner, Marienkirche; Oelsner/Stoye, Zwickauer Ereignisse, S. 75–84; Oelsner, Reichsstadt, Reichspfandschaft, wettinische Landstadt, S. 5–10; Kahleyß, Bürger und Kirche, S. 52–54, 69, 111 f.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio et Iutta consors eius universis presentem paginam inspecturis. Quoniam fallax est gratia et vana huius seculi pulchritudo, preteriens velut umbra et sicut ros mane pertransiens, ideo felices multumque beati, qui ponentes in domino deo spem suam seminant in presenti, quod metant in futuro, de temporalibus sibi concessis a deo taliter disponentes, ut et merces copiosa eis apud deum cumuletur in celis et apud homines eorum memoria in benedictione sit perhennis. Quod quidem nulla via competentius fieri estimamus, quam si in ecclesia dei cultus ampliatur divinus et deo servientium numerus augeatur. Cuius rei diligenti speculatione permoti, ut in eterna patria electorum numero mereamur adscribi, ad augendum numerum servitorum dei de proprietate nostra conventualem ecclesiam in Isenberc construximus ad honorem dei altissimi et gloriose genetricis eius et venerande crucis, ut, qui crebro et in multis delinquimus, crebra inveniamus ibidem multiplicatis intercessoribus peccatorum remedia et tam nostra, quam progenitorum nostrorum et carorum sit memoria sempiterna. Et prima quidem institutio canonicorum regularium facta fuit, sed cum sub eis eadem plantacio nullum in spiritualibus vel temporalibus reciperet incrementum, de consilio et auctoritate diocesani episcopi conventum sanctimonialium, qui iniciatus fuerat in Zwicowe, cum omnibus suis possessionibus et iuribus ecclesie in Isenberc univimus, ecclesiam Zwicowe cum omnibus suis possessionibus et iuribus ecclesie in Isenberc unientes. Verum quia spiritualia sine temporalibus non possunt subsistere, ipsam eandem ecclesiam accedente consensu et voluntate omnium, qui nobis futuri sperabantur heredes, de rebus patrimonii sive proprietatis nostre dotavimus competenter, quas res ad removendam in posterum omnem occasionem calumpnie huic scripto duximus inserendas. Sunt autem hec: Ipsa parochia in Isenberc cum dote sua, manso scilicet et IX areis et prato, decima quoque de IV mansis et dimidio, capelle IV, una in civitate, altera ad sanctum Nicolaum,